The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Societas d
cum uariis

Erat in nauicula Symon Petrus sed erat pariter et Iudas proditor. Quamuis illius fides fundaret nauiculam, huius tamen perfidia eam perturbabat. Tranquillitas est ubi solus Petrus nauigat, tempestas ubi Iudas adiungitur. Licet esset Petrus firmus suis meritis, perturbabatur tamen criminibus proditoris. Vnius igitur delicto cunctorum merita quatiuntur.

Ambrosius in sermone de cathedra sancti Petri.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V^1 V^2 L^1 L^2):

perturbabatur] perturbatur (*cor. intra*) B, *om.* (*cor. in marg.*) M; cunctorum] cuncto B; quatiuntur] cassiuntur B C, cassantur P V^1, quassantur V^2 L^1 L^2; sancti Petri *om.* (*cor. in marg.*) M